

Matthias Stein

**Programma Rectoris Academiæ Rostochiensis, Matthiæ Stein/ J.U.D. Cod. P. P.
O. Qvo Christum Crucifixum A Deo Desertum Civibus Academicis Præ Oculis
Depingit, Utqve Peccando Deum non deserant, ne ab eo vicissim deserantur,
Admonet Ac Obtestatur**

Rostochii: Typis Joh. Wepplingii, [1708?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn893546127>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

—
1708. Fästen

A-1256. 109.

Q. 1708

PROGRAMMA
RECTORIS
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
MATTHIÆ Stein

J. U. D. Cod. P. P. O.

^{QVO}

**CHRISTUM
CRUCIFIXUM
A DEODESERTUM**



VIBUS ACADEMICIS
PRAE OCULIS DEPINGIT,
ut que
Peccando DEUM non deserant,
ne
ab eo vicissim deserantur,
ADMONET AC OBTESTATUR.

Rostochii,
Typis Joh. Wepplingii, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.

M. 1256 109



Um, exortante illo, quo in Ecclesiâ abs Verbi Divini Präconibus Salvator ac Dominus noster Christus Jesus pro nobis crucifixus prædicatur, more nobis consveto, verba ad Vos Programmate qvodam facienda mihi erant, CIVES HONORATISSIMI ! electuro disfrendi materiam illicò se offerebat admirabilis planè ac ineffabilis illa, de quâ cruci affixus conqvestus ipse est , ejus derelictio, referentib⁹ Matthæo & Marco Evangelistis , illo quidem Cap. XXVII. 46. hoc Cap. XV. 33. Et horā nonā clamavie Jesus voce magna , dicens, Eloi, Eloi, lamma Sabachthani ? quod est, si quis interpretetur, Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me ? Uti univerlam Christi passionem in Scripturis Veteris Testamenti prædictam novimus, provocantibus ad eam subinde tum Christo ipsomet , tum Scriptorum Historiæ Evangelicæ quadrigā ; ita & de hac ipsā derelictione jam multo ante Vates ille Psalmographus , quem sacrato afflarat Numine Deus, in persona Christi , Pater in persona filii , servus in persona Domini loquutus erat Psalm. XXII. i. Judæi quidem, omnia enim de Christo vaticinia de qvilibet alio potius, quam Salvátore nostro, interpretari solent; totum huncce Psalmum, & sic

la, de quâ cruci affixus conqvestus ipse est , ejus derelictio, referentib⁹ Matthæo & Marco Evangelistis , illo quidem Cap. XXVII. 46. hoc Cap. XV. 33. Et horā nonā clamavie Jesus voce magna , dicens, Eloi, Eloi, lamma Sabachthani ? quod est, si quis interpretetur, Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me ? Uti univerlam Christi passionem in Scripturis Veteris Testamenti prædictam novimus, provocantibus ad eam subinde tum Christo ipsomet , tum Scriptorum Historiæ Evangelicæ quadrigā ; ita & de hac ipsā derelictione jam multo ante Vates ille Psalmographus , quem sacrato afflarat Numine Deus, in persona Christi , Pater in persona filii , servus in persona Domini loquutus erat Psalm. XXII. i. Judæi quidem, omnia enim de Christo vaticinia de qvilibet alio potius, quam Salvátore nostro, interpretari solent; totum huncce Psalmum, & sic

& sic initialia quoque ejus verba precationem esse ajunt Ecclesiæ Judaicæ, in afflictionibus suis plangentis, utque DEUS ipse, nunc quidem ab eo derelictæ, propitius esse velit cum gemitu ac ejulatibus precantis. Ast verò Christianos, Christum pro vero agnoscentes Messia, non de se ipso, non de Ecclesiâ Israëliticâ, nec de quoq; alio loquutum esse Psalmen, firmâ fide tenemus. Aut enim Christum crucifixum verum esse & à DEO toties promissum humani generis Redemptorem, negari oportet, aut Psalmus allegatus vaticinum de Christo est. Ipsissima namque sunt, quæ Christus in cruce pendens voce magnâ exclamans protulit, Psalmi hujus verba. Et nisi omnia me fallunt, Paulus, vel quisquis ejus est Auctor, certè à Spiritu S. impulsus, in Epist. ad Ebr. V. 7. ad hoc ipsum quoque respexit, quando de Christo scripsit: *Qui in diebus carnis sua, cum & precatio[n]es & supplicatio[n]es apud illum, qui poterat ipsum à morte servare, cum clamore valido & lacrymis obtulisset, & exauditus esset pro reverentia.* Accedit, quod & verba Psalm. IIX. 6. in haec ipsâ Epistolâ ad Ebr. Cap. II. 7. Christo Salvatori nostro dulcissimo applicantur. In omni passionis Historiâ quæ miranda sunt, quæque omnem superant humanum captum occurruunt: nullum autem majus, me judice, hac Christi derelictione inveniri potest. Filius ille unigenitus, Joh. I. i4. Filius ille dilectus in quo Patri benè complacitum est, Matth. III. 17. à Patre se desertum queritur; verus ille aternusque Deus à Deo derelictus est. Ecq;id vero hoc mysterii est? Fuere inter Patres Gregorius Nazianzenus, Augustinus, Bernhardus, aliique, Christum non in propriâ suâ, sed humani generis personâ illam de Dei derelictione effusisse querebam, existimantes, quorum sententiam recentiorum nonnulli, cum primis Calvinio, ut vocantur, Reformati adeò non rejiciunt, ut eandem approbent defendantque. Postiores hi multa sane mysteria ad rationis suæ captum exigentes, ut alia, ita & hoc negotii forqvent contra Spiritus S. revelantis intentionem, contraque exprefsam & claram satis Scripturæ S. revelataꝝ literam, Enimve:

ro

ro tantum abest , ut in cruce Christi derelictum se à DEO
queri haberet opus genus humanum , ut potius in eādem abs-
pendente in eā redemptum , perque illum Deo reconciliatum
ac cum eo unicum rursus sit . Et qvī semetipsum Christus
à Deo derelictum dixisset , si non ipse , sed genus duntaxat hu-
manum desertum à DEO fuisset ? Fuit sanè in propriā suā per-
sonā ipse in cruce pendens Christus derelictus , utpote qui
non : cur deseruisti meos ? sed : cur deseruisti me ? exclamavit.
Patiens autem illi , in propriā personā Christum derelictum esse
negantes , ad id respexere dubio procul , qvod non ob pro-
pria delicta , sed ob imputata ipsi omnia omnium hominum
peccata DEUS eum deseruerit . Et hoc uti verissimum omni-
nō est : ita non cū Nestorio putandum , ac si derelictio
hæcce dissolutionem qvandam importaret unionis illius per-
sonalis , qvæ est inter divinam & humanam naturas , quā hæc
ter feso unitæ ita sunt , ut unam constituant personam , quæ
nec solum Deus , nec merus homo , sed Θεος ϕωτός , simul
Deus simulq; homo in unā numero hypostasi sit . Non enim
separabilis aut distolubilis hæc est unio , utpote quam nec Deus
distolvere per suam omnipotentiam unquam vult , nec distol-
vere quidquam aliud potest ; adeò qvidem ut nec in morte ipsâ
ruptum sit illud hypostaticæ unionis vinculum , sed corpus
Christi revera Filii DEI corpus , ac anima Christi , à corpore
qvamvis separata , revera Filii Dei anima fuerit permane-
ritq;. Ex qvo conseqvitur , non consistere hanc derelictio-
nem in subtractione communicatæ , vi unionis personalis , di-
vinæ Majestatis . Nam communicatio idiomatum divinorum
proximè ac immediate ex unione personali fluit . Ut igit
hæc , ita & istam indistolubilem esse oportet . Hoc est
illud , quod Paulus dicit Col. II. 9. In Christo inhabitare to-
tam plenitudinem DEITATIS corporaliter . Et jam nota est illa
Theologorum regula : Qvod semel aslumbit Filius Dei , id
nunquam depositit . Multo minus dici potest , constituisse
Christi derelictionem in deliquio ipsius divinitatis Christi .
Hæc namqve omnis omnino imperfectionis est expers , quæ
una

una eademque numero divinitas Patris est. Neque etiam est, ut quis persuadere sibi possit, verba Christi de derelictione DEI conquerentis aliquam in eo arguere fiduciae absentiam aut desperationem. Desperatio quippe peccatorum est omnium gravissimum, siquidem ex incredulitate oritur. Christus autem sanctus est, impollutus, segregatus a peccatoribus, aleverante Epistolâ ad Ebr. VII. 26. Et quid? num Christus, si desperasset, pro nobis satisfacere DEO posuerit? cum hac suâ passione quasi bet potius desperationis nostra causas afferre ipsum oportuerit. Neque omnis derelictio DEI conjunctam sibi statim desperationem habet. Quanquam enim illa in finali, non tamen in temporaria derelictione locum habet, quam Christus persensit. Ut autem recte de hac Christi derelictione sentiamus, presupponendum ante omnia est, representasse Salvatorem patientem universum genus humanum, omniaque omnium hominum tulisse peccata. Ita enim loquitur de eo est olim ille pollens venturi temporis augur, quem Veteris Testamenti nuncupare Evangelistam solemus, Isaia LIII. 4. 5. 6. *Verè langores nostros ipse tulerit, & dolores nostros ipse portavit: & nos putavimus eum quasi leporosum, & percussum a DEO, & humiliatum.* Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostra super eum, & livore ejus sanati sumus. Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Idem planè, ni tortè majus, testatus est Gentium ille Doctor, Paulus, 2. Cor. V. 21. *Deus eum, qui non novit peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Et ad Gal. III. 13. factum esse Christum pro nobis execrationem, dicit. His verò ita se habentibus, Christum Redemptorem nostrum id omne pati oportuit, quod pati debebant peccatorum poenarumque infinitarum rei homines omnes. Non autem externis duntaxat poenis ac afflictionibus obnoxii eramus peccatores, sed & interno poenarum sensui ac dolori animum afflenti, imò excrucianti. Quandoqvidem igitur læsa per peccata mortalium infinita Dei justitia satisfactus omnium in universum loco, & pro omnibus omnium peccatis erat Christus

stus, pati ipsum oportebat poenas tunc externas corporis, tum internas animæ. Cruci itaque affixus nullum in se deprehendit interiorem inhabitantis licet tibi divinæ Majestatis sensum, nihil ex ea inveniebat dulcedinis, nihil solatij, refocillantis gratiarum. Ile tantus dolor dulcissimo Salvatori enatus, ut exclamaret voce magna : *DEUS meus! DEUS meus!* cur dereliquisti me? Ex quibus conseqvitur haud difficulti momento, non à solâ Patris persona derelictum esse Christum, exclusis Filio atque Spiritu sancto quin potius, cum derelictio hæc ad humanam terminetur naturam, & opera, quæ vocantur, ad extra, juxta probatam Theologorum regulam, sint indivisa ; ipse Filius DEI humanæ naturæ tuum substraxerit auxilium solatiumque. Agnoscitur proinde, in quantos conjectus dolores Christus sit. Id autem omne nostrum loco pertulit Salvator, ut habeamus, ex quo immensum ejus erga miseros nos homunciones estimare possimus amorem. Scilicet, primi Parentes nostri imaginem divinam sibi concretam, non ut personale, quod in ipsorum personis finiendum; sed ut naturale donum, quod ad nos, posteros eorum, ab ipsis cum naturâ humanâ propagandum erat; acceperant, vicujus & ipsi & nos cum eis Deo perfectè adhærere potuimus omnes. Ast illi proh! à Diabolo seducti, peccando contra legem divinam à DEO detecerunt, DEUM deseruerunt, deserendo efficients, ut deserere nos quoque, si secundum justitiam suæ rigorem judicare nos voluisset, Deus in æternum potuisset. Ast superavit justitiam, quâ in nos fertur, misericordia. Cumque hæc Christum nobis dederit Redemptorem, hic derelictus à Deo est nostrum loco, ut nos Deo reconciliati, ipsis rursus uniremus accum ipso viveremur sine fine. Hæc Christi derelictio nobis paravit aditum ad Deum, hæc conciliavit nobis accessum in fiduciâ. Edocet id Paulus Rom. V. 1. 2. *Pacem habemus erga DEUM per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem & contigit nobis, ut fide perducatur in gratiam hanc, in quâ stamus & gloriamur sub spe gloriae DEI.* Nec minus Ebr. IV. 15. 16. *Non habemus Pontificem, qui non possit offici sensu infirmitatum nostrarum: sed tentatum per omnia juxta similitudinem absque peccato: Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiae, ut conseqvamur misericordiam, & gratiam inveniamus*

veniamus ad opportunum auxilium. Agnoscimus quidem, CIVES
HONORATISSIMI ! ex his ineffabilem , imò & incomprehensibilem illam erga nos Divinæ bonitatis ac misericordiæ magnitudinem : ast meminisse juxta oportet infinitæ Dei iustitiae iræque peccata severissimè punientis. Non enim proprio suo Filio Deus pepercit , sed propriæ nostræ , qvæ ipse portavit, peccata eum destruit. Ecquid igitur nos , si in peccatis perleveraverimus , sperare habemus ? Qvia si in humido ligno hæc fiunt , in arido quid fiet ? Luc. XXIII. 31 Deserimus nos Deum peccantes, annon & ipse vicissim nos deserturus peccatores est? Iniquitates vestre , inquit Dominus DEUS EI. LIX. 2. diviserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem ejus à vobis, ne exaudiaret vos. Non solis hoc , qvi tum temporis erant , Israëlitæ dictum putemus. Eodem semper modo affectus erga peccata Deus est, qvæ salvâ suâ sanctitate non odire non potest. Caveamus itaque oportet, ne per peccata à DEO nos avertamus, aut ipsum derelamus , siquidem alias & ipse nos derelinquet. Postulat equidem corrupta per primam prævaricationem natura nostra , ut vel omni tempore officiorum nostrorum admoneremur: præcipue tamen, dum memoriam acerbissimæ passionis , qvâ in derelictus à DEO est, Salvatoris nostri recolimus , à viuis cuiuscunqve generis sedulò abstinere nos oportet. Ast utinam non contrarium vel qvotannis doceret experientia ! Christus patiens derelictus à DEO est : nec tamen hoc terrere effrænos plororumque animos potest, qvi non iterum iterumque peccando Deum derelinquant ipsumque Salvatorem suum. Christus à Deo derelictus nos DEO reconciliavit : an Deum itaque nos de novo deseremus ? Christus à DEO derelictus nos liberavit à potestate Satanæ , sub qvam ex justo redacti judicio eramus , postqvam rebellis DEO facti ab eo defeceramus! & iterum nunc eum deseremus , Liberi illius patris servitutis jugum subituri ? Doleendum profecto & lacrymarum penè fluminibus deplorandum est , qvod, qvi Christianorum gerunt nomen , qvibusque Iesus Christus crucifixus ac derelictus à DEO præ oculis depingitur, de novo Filium DEI ipsimet in se crucifigunt , ac malitiolè defen-


runct

runt. Ne accommodetis vos ad figuram hujus mundi, sed transformemini per renovationem mentis vestrae, ut probetis, que sit voluntas DEI, quod bonum est, acceptumque & perfectum; graviter admonitos nos vult Paulus Rom. XII. 2. Ast, quam in contrarium sancto hoc tempore ruat mortalium pravitas, ignotum esse nemini poterit. Gentiles mentem habentes obtenebratam, abalienatos à vita Dei, imitantur Bachanalia viventes. Tantum abest ut per mentis renovationem transtortentur, ut pretioso Christi sanguine redemptam animam commutationibus, compotationibus, ac crapulis magis commaculent magisqve. Ebrietatem, malorum omnium matrem, alicubi Augustinus vocat. Et verissimè profectò, experientia testante, edixit. Haud quippe crediderim plura ex aliâ qvâvis causâ, quam ex ebrietate, delicta oriri. Hinc turbæ, hinc clamores nocturni ac vociferationes, hinc iuria, rixæ, lites, contentiones, duella, hinc aliorum læsiones, hinc libido, & qvis omnia, qvæ ebrietas, mater turpissima, parere solet vitia turpiora enumerare valet, si vel lingvas centum haberet, oraqve centum? Qvæ cum ita sint, abstine te, qvælo Vos, CIVES! ab omni consortio, ubi ebrierati & per ebrietatem aliis peccatis occasio datur. Non credo, frustream hanc fore admonitionem, si propria salus vestra tam temporalis, quam æterna curæ Vobis cordiqve est. Inebriari si cupitis, inebriemini voluptatibus animarum vestrarum ex effuso pro nobis Christi sanguine, ut diffulant in laudes DEI pro redemptione nostrâ lingvæ vestræ. Meditemini semper Christi à DEO derelictionem, & non peccabitis. Et ni vos qvoqve deteri ab eo vultis, cavete, ne ipsum ante peccando deseratis.

P. P. Sub Sigillo Academ. Rostoch.
Anno MDCCIX. d. 19. Februarij.

f(0) 30

veniamus ad opportunum auxilium. Agnoscimus quod
HONORATISSIMI ! ex his ineffabilem, immo &
 sibilem illam erga nos Divinæ bonitatis ac misericordia-
 tudinem: ast meminisse juxta oportet infinitæ Dei
 peccata severissimè punientis. Non enim proprio
 pepercit, sed propter nostra, quæ ipse portavit, pec-
 ruit. Ecquid igitur nos, si in peccatis perlevere
 rare habemus? Quia si in humido ligno haec
 quid fieri? *Luc. XXIII. 31.* Deserimus nos De-
 annon & ipse vicissim nos deserturus peccatores ei-
 vestre, inquit Dominus **DEUS ETS**, LIX. 2. *diviser*
Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem
exaudiens vos. Non solis hoc, qui tum temporis
 tis dictum putemus. Eodem semper modo affectu
 Deus est, quæ salvâ suâ sanctitate non odire no-
 veamus itaque oportet, ne per peccata a DEO nos
 ipsum dereramus, siquidem alias & ipse nos de-
 stulat eqvidem corrupta per primam prævaricationem
 stra, ut vel omni tempore officiorum nostrorum
 præcipue tamen, dum memoriam acerbissimæ pa-
 derelictus a DEO est, Salvatoris nostri recolimus
 cunque generis sedulò abstinere nos oportet.
 contrarium vel quotidiani doceret experientia! C
 derelictus a DEO est: nec tamen hoc terrere e-
 rumque animos potest, qui non iterum iterumque
 um derelinquant ipsumque Salvatorem suum.
 derelictus nos DEO reconciliavit: an Deum itaq
 deseremus? Christus a DEO derelictus nos liber
 Satanæ, sub quam ex justo redacti judicio eran-
 rebelles DEO facti ab eo defeceramus! & ite-
 deseremus, Liberi illius patris servitutis jugum &
 lendum profecto & lacrymarum penè fluminibus
 est, quod, qui Christianorum gerunt nomen,
 Christus crucifixus ac derelictus a DEO præcepit
 de novo Filium DEI ipsum et in se crucifigunt, ac



the scale towards document